

Carmen epigraphicum.

A

Da]rdan]ia genitus istic, mi]hi care Timau]i,
post | uarios cassus, post | tot discrimina re]rum
deseris heu pul]chram prima]euo | flore iuuentam.

B

Tu, Timau]i, [d]ulcem no]men, dul[cib]us uotis ad]es.
spiritu[s na]m tu ferebas | corpore elabi sacrum,
co]rpus ut terram mane]re, spiritum celum sequi, |
spiritum mouere cunc]ta, spiritum esse quod deu]m,
5 cum mihi extremis ca]nebas uocibus solamina, |
floris abscondens iuben[te] | gratias tristi dia[e].

Coloniae in S. Vrsulae cum uetera altaria diruerentur reperta tabula lapidea rubea alta centim. fere 75 lata 50 aduersa et auersa oppleta litteris. de qua CHosius quae forte legerat in actis diurnis (Koelnische Volkszeitung 1896 n. 245, 11 April. ed. matut.) cum ad me rettulisset pr. id. Ian., continuo Coloniam profectus adii repositum in scalaribus ecclesiae lapidem titulosque descripsi, post etiam ectypon accepi Aldenhoveni beneficio. litterae clarae solidae mundaе, meliores quam pro aeuo Diocletiani, quamquam *g* in *genitus* A 1 introrsum sinuata nitorem ostentat fucosum. aetate arte religione haec carmina haud longe absunt a uate Lamberio (carm. epigr. 1559) .

A praescriptum habet *d(is) M(anibus)*. | *Aurelio Timauio* | *alumno dulcissim]o et san]ctissim]o, q[ui uixi]t annis] XVII, | Aurel[ius Maxi]mus | patron[us. nam scripturae pars periit lapide ad usus sacros perforato in orbem, qui orbis diametron habet*

centim. 22. Timauī nomen puer Dardanus traxit a finitimae regionis fluuio Timauo 2 Vergili uersus Aen. I 204 *per u.c. per tot*

3 ultimi in lapide uersus principium infra mutilatum est, primae mihi uidentur *f* et *i* siue *l*, tum spatium nullis inscriptum litteris aut derasis duabus, tum *ore* et ceterae certae. *tempore* editum est in actis s. s. cf. Verg. A. VII 162

B primo uersui adpositum hinc *d(is)* illinc *M(anibus)* et praescriptum habet *Aurelio Timauio liberto alu|mno Aureli Maximi* | litteris paulo grandioribus quam trochaeos altis centim. 4 1 i. dulce 2 *spiritus nam acta*, idque cum propter spatii angustias tum quia ima de *s* apparet cauda probabilius est quam *spiritum*

5 cf. carm. epigr. 1476 *Aetherius moriens dixit*, 807 al. 6 i. iuuentae, opinor. contra carm. ep. 1580 *iuuente fato* pro iubente. genetiui plenam rectamque scripturam non admittit spatium non fuit *Piae*, certum est *diai/* quod cum putarem altrici Timauī fuisse nomen (CIL. X 1504 *Quintia Dia* al.), Vsener dum recitantem audit statim intellexit deprauatum esse ex *die*, cf. carm. ep. 1061, 4 *quam tristi rapuit mors scelerata die*, 1319, 3 *tale(m) diae(m)*, CIL. VI 7652 *ad diae mortis meae* XI 295 *usque diae*